

Junii 1608. & in Birinianen. 16. Maij 1653. & n. 51. & 52. ubi viginti assignantur diversae justae causae, propter quas solet mitti Vicarius Apostolicus, & duodecim, propter quas solet removeri.

112 Vicarii Foranei dicuntur illi, qui in certa parte diocesis extra civitatem sedis episcopalis, vel in oppidis per Episcopum constituntur, ut ibi jurisdictionem quamdam exercent; cap. Romana 1. de officio Ordinarium in 6. & ab ipsis appellari potest ad Episcopum;

113 Idem ib. lib. 3. cap. 3. numer. 5. Antiquissimi sunt, & origo eorum ad Chorepiscopos est referenda; Idem ib. numer. 7. vide de Chorepiscopis tom. 3. verb. Episcopus art. 1. ad num. 36. ad 41. ubi qui ipsi fuerint, quod eorum officium, & quare ab ecclesia sublati? Vicarii Foranei in Italiam etiam ante S. Carolum Borromaeum esse coeperunt, ut in aliis locis; Idem ibidem numer. 8. contra aliquos aliter sentientes; Sed minorem in Italia obtinent jurisdictionem; Idem ib. numer. 9. Si Parochi sint, jurisdiictionem non intervenient debent. Si non sint, tenentur, si Episcopus eos vocet, idque expedit, quoniam ab istis tamquam oculatis testibus melius, quam a Vicario Generali, certior fieri poterit de his, quae in remotis diocesis partibus occurrunt, & aliquam fortasse sanctionem exposcunt; Idem ib. numer. 10.

119 Vicarii temporarii a Capitulis, & Monasteriis destinari curae animarum in parochiis illis unitis etiam sine causa removeri possunt; nec remotio in synodo prohiberi potest; Idem ib. lib. 7. cap. 65. numer. 2. ex Rota in Pamplonensi dec. 886. numer. 29. coram Cero; ubi cum contigisset similem remotionem sine causa fieri, illam sustinuit, nulla habita ratione contrariae synodalis constitutionis: vide tom. 2. verb. Vicarius Parochialis numer. 49. & per tot.

VICINUS.

120 * Vicinus pluribus partibus, praefertur aliis vicinis in emptione domus; Benedictus XIV. tom. 2. constitut. 39. incip. A Centum cellas. (Nisi forte in aliquo territorio detur peculiare aliquo forum, (nihilominus reflecte, si ad ejus observantiam requiritur confirmatio) ex eo solum quod vicinitatem quilibet exposuerit, nullum jus in hispania adquiratur; sive publice substentur, sive privata conventio de domuum emptione intercedat, hic pactum est servandum, illic vero majus pretium offerenti traditur in substantiatione comprehensum; vid. per tot. verb. Emptio.)

VIDUA, VIDUUS.

SUMMARIUM.

1 **U**r viduae, vel puellae 25. annum excedentes degant in monasteriis Monialium, non est permittendum absque Sedis Apostolicae licentia.

2 Et talis licentia non datur, nisi pro monasteriis numerosis.

3 Et in casu obtenta licentia debet vidua ingredi sola, nisi aliud concedat Sacra Congregatio.

4 Moniales fieri non prohibentur viduae.

5 Et in locis numerariis vacantibus monasteriorum, quae hujusmodi mulieres recipere consueverunt, non est necessaria licentia Sacrae Congregationis.

6 In professione recipere potest vidua velum Professarum, sed non virginum.

7 In Abbatissam eligi non potest sine licentia Sacrae Congregationis.

8 Licet Matrimonium fuisset solum ratum, & non consummatum.

9 Vidua post mariti mortem non potest licite missam omittere ultra mensum.

10 Vidua, & viduus quando peccent, vel non circa de-

lectationem morosam de copula preterita remissive.

11 Subnectuntur Supplementa Auditoris suppli. 112

Vidua, aut conjugatus, vel puellae viginti quinque annorum aetate excedentibus, ut habitu seculari in monasteriis degant, absque Sacrae Congregationis, aut Romani Pontificis facultate non permittitur; Sacra Congreg. Episc. & Regul. apud Barbosa in summa Apostolor. dec. verb. Vidua num. 1. & ead. Sacra Congreg. Episcop. 19. Julii 1647. & 14. Maij 1649. apud Nicol. in Floscul. verb. Vidua num. 1. Et talis licentia non datur nisi pro monasteriis numerosis: Ead. Sacra Congreg. Episcop. in Brisiansi. 15. Julii 1603. Et in casu obtenta licentia debet vidua ingredi sola, nisi aliud concedat Sacra Congregatio; Ead. Sacra Congreg. Episcop. in Januensi 25. Octob. 1602. in Novariensi 12. Maij 1604. in Casaraugustana 17. Januar. 1614.

Moniales fieri non prohibentur viduae; Sacra Congreg. Episc. & Regul. in Faventina & Februarii 1593. apud Nicol. loc. cit. numer. 4.

Et in locis numerariis vacantibus monasteriorum, quae hujusmodi mulieres recipere consueverunt, non est necessaria licentia Sacrae Congregationis; Ead. Sacra Congreg. Episc. & Regul. in Fulginat. 30. Martii 1621. apud Nicol. loc. cit. numer. 4.

In professione recipere potest vidua velum Professarum, sed non virginum, neque in hoc Sacra Congregatio dispensat: Ead. Sacra Congreg. Episc. & Regul. in Fesulana 20. Decembris 1704. apud Nicol. loc. cit. numer. 5.

In Abbatissam eligi non potest sine licentia Sacrae Congregationis; Ead. Sacra Congreg. Episc. & Regul. in Casanen. 29. Januarii 1585. in Foroliviens. 4. Novembris 1611. in Saranen. 15. Julii 1616. Licet Matrimonium fuisset solum ratum, & non consummatum; Ead. Sacra Congreg. Episc. & Regul. in Spoletana 12. Aprilis 1619.

Vidua post mariti mortem, non potest licite missam omittere, ubi adest consuetudo, ultra mensum; aliis ab Episcopo compellatur pro censuras, non obstante quavis consuetudine; Concil. Mediolanens. I. part. 2. tit. Quae pertinent ad celebrationem missae, ibi: "Viduae ob maritum mortem ad summum ne mensum amplius sint sine missae auditione; quae in re nulla valeat excusatio cujusvis consuetudinis, quam irritam decernimus; Eas item Episcopi etiam censuras ecclesiasticas id facere cogant."

Vidua, & viduus quando peccent, vel non circa delectationem morosam de copula preterita; Vide verb. Delectatio morosa ad num. 30. ad 32.

* Vidua nubens intra annum luctus obnoxia erat infamiae, aliisque penis ex jure civili, ut patet ex L. Liberorum 81. ff. de his, qui notantur infamia, leg. 1. Cod. de secundis nuptiis, & Authent. de secundis nuptiis, §. Primo siquidem collat. 14. cum similibus; idque ut distingueretur proles. At ejusmodi leges abrogatae sunt in cap. Super illa 4. de secund. nuptiis, ibi: "Super illa quaestione, qua quaesitum est, an mulier possit sine infamia nubere infra tempus luctus secundum leges definitum?" Respondemus, "quod cum in Apostolus dicat, mulier, viro suo mortuo, soluta est a lege viri sui; in Domino nubat cui voluerit, propter licentiam, & auctoritatem Apostoli ejus infamia aboletur;" & in cap. Cum secundum §. eod. ibi: "Cum secundum Apostolum mulier mortuo viro suo, ab ejus sit lege soluta, & nubendi cui vult tantum in Domino liberam habet facultatem, non debet legalis infamiae sustinere iacturam, quae licet post viri obitum intra tempus luctus, scilicet unius anni spatium, nubat, concessa sibi tamen ab Apostolo utitur potestate, cum in his praesertim secularibus leges non dedignantur. Sacros Canones imitari;" Idem de synodo diocesana lib. 7. cap. 3. numer. 6. Vide verb. Uxor ad numer. 40. ad 43. (& verb. Nuptiae).*

VIGILIA.

SUMMARIUM.

Vigilia quid sit.

1 Vigilia unde dicte.

2 Vigilia vigerunt usquequid vigerint.

3 Vigilia vigerunt etiam apud Ethnicos, & Judaeos.

4 Vigiliarum mentio fit in veteri, ac novo Testamento.

5 Vigilia, seu stationibus nocturnis respondent tres nocturni Matutini, & Laudes.

6 Vigilia nocturne cur fuerint abolitae.

7 Abolitae fere universales praedictis Christianorum.

8 Vigiliis, cur remanserint apud universalem ecclesiam.

9 Vigiliarum nomen.

10 Jejunandum est in variis assignatis vigiliis; & in quibus quae assignantur, non; Et cur, ad num. 12.

11 Vigilia S. Bartholomaei celebranda est juxta morem Regionum.

12 Vigilia occurrente in Dominica, jejunari debet in Sabbato antecedenti.

13 Vigilia S. Joannis Baptista cadentis in festo Corporis Christi, anticipandum est jejunium feria 4. & 20. anno nihil proventus de ea fit in officio, & missa, nec commemoratio; ad num. 16.

14 Idem declaratum, est quoad jejunium pro vigilia S. Antonii de Padua.

15 Vigilia cum jejunio occurrente in festo solemniori alicujus Patroni principalis, potest licite ab Episcopo fieri commutato jejunium in die praecedenti.

16 Non potest tamen auctoritate Episcopi anticipari vigilia S. Matthei, si occurrat ultima die bacchanalia.

17 Officium de vigilia fit in omnibus vigiliis per annum, quae jejunantur, nisi in die vigilia occurrat festum 9. Lektionum.

18 Vigilia cum jejunio occurrente in die vigiliae fuerit prima classis, tunc nihil proventus, nec commemoratio fit de vigilia, excepta vigilia Epiphaniae.

19 Et idem servandum est quando aliqua vigilia cadit in Adventu, Quadragesima; & 4. temporibus.

20 Occurrente vigilia in Dominica, anticipatur ejus officium in Sabbato non impedito officio 9. Lektionum; exceptis vigiliis Nativitatis, & Epiphaniae Domini.

21 Si quem alicubi anticipetur jejunium alicujus vigiliae ob solemne festum Patroni alicujus loci, non est transferendum, nec anticipandum officium vigiliae, sed de ipsa nihil tunc in officio, & missa.

22 Officio vigiliae, quod tunc erat de feria, addidit Sanctus Pius VI. Honorem in Evangelium, quod in missa legebatur.

23 Licet, si vigilia venerit in Adventu, Quadragesima, & quatuor Temporibus, non sit faciendae commemoratio de ipsa in officio, est tamen faciendae in missa.

24 Non fit autem de ipsa commemoratio nec in officio, nec in missa in festis prima classis.

25 Sic etiam nec fit commemoratio festi simplicis in missa in 2. missa Nativitatis Domini propter peculiarem rationem, quae assignatur.

26 In vigilia Nativitatis Domini, sicut in tota ejus Octava, prohibentur missae votivae, & de requiem, excepta una votiva solemni pro re gravi, & de requiem solemni praesente cadavere.

27 Sic etiam in vigilia Epiphaniae.

28 Quid in vigilia Ascensionis, si occurrat festum prima classis, aut duplex, seu semiduplex, quodam tamen animadvertendum sunt, quae adferuntur.

29 In vigilia Pentecostes, & per totam octavam usque ad festum SS. Trinitatis inclusive, prohibetur quodcumque officium; Item prohibentur missae votivae, & de requiem, excepta una solemni praesente

cadavere, quae tamen prohibetur in Dominica Pentecostes, & duobus sequentibus diebus; Vide tamen novissimum decretum.

33 Vigiliae novae non apponantur in Calendario Romano, non potest ordinare Episcopus quoad officium, & missas, & neque quoad jejunium.

VIGILIA est solemnioris festi praeventio instituta a ecclesia in praeparationem ejusdem festi praesertim observatione jejunii, ac nocturnae, ut antiquitus; vigiliantiae in Dei laudibus. Antiquitus enim praeter jejunium solebant Fideles tota nocte vigilare in Dei laudibus apud ecclesias Sanctorum, quorum festa praeventiebantur. Quart. part. 1. tit. 3. num. 2. Merati tom. 2. sect. 3. cap. 7. num. 1. & alii passim. Unde a sic vigilando ortum est nomen vigiliae, quod etiam nunc retinetur, quamvis non in omnibus vigiliis jejunetur, & mos vigilandi de nocte, propter abusus, qui interpretantur, fuerit sublati; Concil. Sabinen. cap. 22. ibi: "Quis igitur in nocturnis vigiliis, quas in ecclesia fieri aliquorum simplicium devoto introduxit, nefanda, sepe ac enormia sub hac boni specie committuntur; ipsas fieri de cetero firmiter prohibemus;" Sic apud Palavicinum in Polyant. Sacror. Canonum verb. Vigiliae numer. 3. Et sic tenent Honorius in gemma lib. 3. cap. 6. Gavanti. part. 4. tit. 13. num. 1. Durandus in Rationali lib. 6. cap. 7. num. 8. Quart. loc. cit. num. 2. & alii.

Dicitur nocturnae vigiliae vigerunt non solum in primis Christianorum temporibus, sed in vatis ecclesiis Cathedralibus; & aliquibus Parochialibus continuantur usque ad XV. seculum, ut ex multis ostendit Martene in tract. de antiqua ecclesiae disciplina cap. 7. num. 3. sequutus a Merati loc. cit. Unde Vigilantius Haereticus sui nominis hostis, qui seculo quarto temerario ausu vigiliis improbat, confutatus fuit a S. Hieronymo, a quo per jocum dicitur Dormitantius; & in Concilio Aquisgranensi, sub Ludovico Pio cap. 130. sic habetur: "Est autem quoddam genus haereticorum superfluas existimantium vigiliis, & spiritali opere infructuosas dicentium, iura temerari divina, qui noctem fecit ad requiem, sicut diem ad laborem, qui haeretici graeco sermone Νυγχιαντες, hoc est somniculosi vocantur." Ita apud Palavicinum loc. cit. num. 1. in fine.

Vigiliae nocturnae vigerunt etiam ante Legem Evangelicam, tum apud Ethnicos, tum apud Judaeos, qui duodecim horas noctis artificialis dividere solebant in quatuor partes aequales inter se, inaequales vero in se, id est, longiores, vel breviores, juxta noctium longitudinem, vel brevitate: nam in aestate erant breviores, in hyeme vero longiores; quarum partes stationes, & vigiliae militares dicebantur; & harum quaelibet tribus horis constabat. Prima incipiebat ab occasu solis, & terminabatur in horam tertiam, & dicebatur Conscitium: Secunda incipiebat ab hora tertia, & terminabatur in horam sextam, & dicebatur Intempustum: Tertia incipiebat ab hora sexta, & terminabatur in nonam, & dicebatur Gallicinium: Quarta, quae proprie dicebatur vigilia matutina, incipiebat ab hora nona, & terminabatur in duodecimam, id est, usque ad ortum solis, & dicebatur Anstelucanum.

Praedictarum vigiliarum mentio fit in veteri Testamento: De prima vigilia Threnor. 2. vers. 19. Lau-da in nocte in principio vigiliarum. De tertia Judicum 7. vers. 59. Incipientibus vigiliis noctis medietate De quarta Exodi 14. vers. 24. Jamque advenerat vigilia matutina. In Testamento etiam novo habetur multis in locis expressa mentio earundem vigiliarum; Luc. 2. vers. 8. Pastores erant in Regione eadem vigilantes; & custodientes vigiliis noctis; S. Matthaeus cap. 14. vers. 25. de Christo loquens: Quanta autem vigiliae noctis venit ad vos ambulans super mare. Et idem Christus Dominus Marci 13. vers. 35. dixit Vigilate ergo, ne scitis enim quando Dominus domus veniet, sero, an media nocte, an galli cantu, an mane. Quod hic dixit sero, intelligit primam vigiliam

noctis. Quod hic dixit, media nocte, an galli cantu, Lucæ 12. vers. 38. dixit: Si veneris in secunda vigilia, & si tertia vigilia veneris: Et quod hic dixit mane, S. Mattheus cit. cap. 14. vers. 25. dixit: Quarta autem vigilia noctis. Ethnicos quoque nocturnas vigilias celebrasse in honorem suorum Deorum ostendit Card. Bona de divina psalmodia cap. 4. Hæc ad literam eruditissimus P. Merati tom. 2. sect. 3. c. 7. sub n. 1. §. Hujusmodi vigiliaz.

6 Hinc tres Maratini Nocturni instituti fuerunt, ut responderent tribus vigiliis, sive noctis stationibus; quibus ad orandum surgendum erat, & Laudes, ut responderent quartæ vigiliæ sub lucis ortum; Amalarus lib. 4. cap. 9. Merati tom. 2. sect. 4. cap. 1. vers. Ceterum & alii.

7 Vigiliaz nocturnæ fuerunt abolite propter abusus, qui irrepserant, ut ex Concilio Sabinensi, & Doctoribus allatis supr. num. 2. dictum est.

8 Abolitis supradicta ratione fere universaliter prædictis Christianorum vigilis, solumque adhuc in aliquibus insignioribus ecclesiis pie, ac laudabiliter observatis, ut in ecclesia Parisiensi, ad tradita per Grancolas lib. 1. cap. 23. in ecclesia Toletana, ac in ecclesia Aurelianensi in nocte Inventionis S. Crucis, in ecclesia Genomanensi in nocte S. Juliani, & in ecclesia S. Martini Turonensis in nocte festi transitus ejusdem Sancti, ut refert ex aliis P. Merati tom. 2. sect. 3. cap. 7. vers. Abolitis, & alibi, ut referunt alii, & per universam ecclesiam in nocte Nativitatis Domini, & in pluribus Regularium, utriusque sexus Ordinibus, qui diversis horis nocturnis surgunt ad Matutinum decantandum, ita ut in qualibet noctis vigilia aliquis Regularis Ordo surgat ad nocturnas Laudes Deo persolvendas; Remansit apud universalem ecclesiam vigiliarum nomen, sive ad indicandum jejunium in ipsis observandum, sive officium divinum in ipsis recitandum.

9 Jejunandum est igitur ex præcepto scripto in vigiliis Nativitatis Domini, Assumptionis B. M. V. & omnium Apostolorum, exceptis vigiliis Sanctorum Apostolorum Philippi, & Jacobi, ac S. Joannis Evangelistæ; textu expresso in cap. Ex parte vestra 1. & 2. cap. Consilium 2. de observant. jejuniorum. Ideo autem excipiuntur ab obligatione jejunii dictæ vigilia SS. Apostolorum Philippi, & Jacobi, ac S. Joannis Evangelistæ, Quoniam ipsorum solemnitas infra solemnitatem Paschalem, istius autem infra Natalem Domini celebratur; sunt verba præcisa cit. cap. Consilium 1. (Vid. lit. J. pag. 256. in addit. novis. hist.)

11 Generali autem consuetudine vim præcepti habente, sic ex præcepto tradito, & non scripto, ut vult Cardenas, & alii Theologi, jejunandum est in vigiliis Pentecostes, Nativitatis S. Joannis Baptistæ, S. Laurentii, & festivitatis omnium Sanctorum; Sic expresse citatus P. Merati tom. 2. sect. 3. cap. 7. sub num. 1. verb. Abolitis, in fine, ubi recte subdit, quod præter dictas vigilias, aliæ duæ in Breviario, & Missali recensentur, id est, Epiphaniæ, & Ascensionis Domini, sed sine obligatione jejunii; solum ideo retentæ, quia in his solemnitatibus perinde, ac in aliis, vigiliaz olim solemnes in ecclesiis haberentur; tum ut de his officium rite persolvatur. Item autem in ipsis non jejunatur, quia nulla adest lex, seu consuetudo ad id obligans, ob lætitiâ Nativitatis Domini, & ejusdem Resurrectionis: Quam ob causam neque jejunatur in vigiliis S. Joannis Apostoli, & Evangelistæ, & Sanctorum Apostolorum Philippi, & Jacobi, ut dicitur in supra num. 10. per expressum allatum textum in cap. Consilium 2. de observant. jejunior. Gavant. tom. 1. p. 1. tit. 3. num. 6. & tom. 2. sect. 3. cap. 7. num. 1. & alii passim.

13 Vigilia S. Bartholomæi celebranda est juxta morem Regionum, textu expresso in cit. cap. Consilium, ibi: De festivitate vero S. Bartholomæi Apostoli, de cujus celebratione dubietas ortur apud quosdam, respondemus, quod in hoc consuetudinem suæ Regionis observet.

14 Vigilia occurrente in Dominica, jejunari debet in Sabbato. antecedenti, textu expresso in cap. Ex parte 1. de observant. jejuniorum.

— Si Vigilia S. Joannis Baptistæ cadat in festo Corporis Christi, anticipandum est jejunium feria 4. S. R. Congr. 24. Sept. 1638. in Decreto Urbis, & Orbis & Urbanus VIII. 14. Octobris ejusdem anni 1638. in append. 2. constit. 45. incip. Cum evenire... Et eo anno nihil prorsus in officio, & missa, nec commemoratio fit de vigilia, quamvis anticipetur jejunium feria 4. prout respondit S. R. Congr. 18. Septemb. 1676. inquis: Nihil de vigilia in officio, & missa, apud Monacell. part. 4. supplem. ad 2. tom. num. 459. quod approbavit Clemens XI. 2. Octobris ejusdem anni, ut in ejus Bullario particulari part. 3. Decreto 9.

Idem declaratum est quoad jejunium pro vigilia S. Antonii de Padua, si occurrat in festo Corporis Christi; Vide verb. Jejunium art. 1. num. 23.

Si vigilia cum jejunio occurrat in festo solemniali cujus Patroni principalis, potest licite ab Episcopo fieri commutatio jejunii in die præcedenti; Vide ibi num. 24. & Rubricas particulares Breviarii Franciscani tit. de vigiliis num. 73.

Non potest tamen auctoritate Episcopi anticipari vigilia Sancti Matthæi Apostoli, etiamsi occurrat ultima die bacchanalium; Vide ibi num. 25.

Officium de vigilia fit in omnibus vigiliis per annum, quæ jejunantur, nisi in die vigiliæ occurrat festum novem lectionum, quia tunc fit officium de tali festo, & legitur nona lectio de homilia vigiliæ, & fit commemoratio de ea ad Laudes tantum, cum Antiphona ad Benedictus, & V. Ferie concurrentis de Psalterio, & Oratione vigiliæ, textu expresso in Rubrica de vigiliis num. 1. Si autem tale festum occurrat in die vigiliæ fuerit primæ classis, tunc nihil prorsus, nec commemoratio fit de vigilia, excepta vigilia Epiphaniæ; Sic expresse in cit. Rubrica num. 2. Et idem servandum est quando aliqua vigilia cadit in Adventu, Quadragesima, & Quatuor temporibus, quia nulla in his fit commemoratio de vigilia; Ita expresse cit. Rubrica numer. 2. (Vide verb. Quadragesima, Quinquagesima, &c.)

Si vigilia occurrat in Dominica, anticipatur ejus officium in Sabbato præcedenti non impedit officio novem lectionum, quia tunc de vigilia fit tantum commemoratio: Excipiuntur tamen ab hac regula vigiliaz Nativitatis, & Epiphaniæ Domini, quæ si venerint in Dominica, nihilominus fit officium de ipsis, textu expresso in cit. Rubrica numer. 2. Si autem alicubi anticipetur, seu transferatur jejunium alicujus vigiliæ in pridianum diem ob principale, & solemne festum Patroni loci in ipsa vigilia occurrens, non est transferendum, nec anticipandum officium vigiliæ, sed de ipsa nihil tunc fit in officio, & missa, arg. cit. Decret. Sacr. Congreg. Rit. num. 16. & tenet Gavant. ac Merati tom. 2. sect. 3. cap. 7. num. 3. Quarta part. 1. t. 3. sect. 2. dub. 2. ubi concludit, quod non impetrata licentia à Sede Apostolica, omittendum sit tunc officium cum missa vigiliæ.

Officium vigiliæ, quod tunc erat de feria, addidit S. Pius V. Homiliam in Evangelium, quod in missa legebatur; Azorius lib. 10. cap. 16. quest. 5. Gavant. & Merati loc. cit. num. 5.

Licet ex dictis supra num. 22. si vigilia venerit in Adventu, Quadragesima, & Quatuor temporibus, non sit faciendâ de ipsa commemoratio in officio; est tamen faciendâ in missa, ut præscribit Rubrica Missalis tit. de feriis, & vigilia. Et ratio diversitatis est, quia cum vigilia habeat orationem propriam, & non confundatur cum oratione ferie, hinc nulla est ratio, cur debeat omitti ejusdem commemoratio in missa, quæ in sola oratione consistit. At vero in Laudibus commemoratio involvit etiam Antiphonam, & V. Ferie, quæ debentur reperti, si debet in officio fieri commemoratio vigiliæ, cum semper in tali commemoratione desumantur Antiphona, & Versus et feria tunc occurrente, ut recte advertit laudatus P. Merati tom. 2. sect. 3. cap. 7. num. 4. Non fit autem commemoratio de vigilia nec in missa in festis primæ classis, sicut nec fit de ipsa in officio, textu expresso in Rubrica Missalis tit. de feriis, & vigilia numer. 2. ibi: Quod

»Quod si vigilia occurrat in die alicujus festi ex majoribus primæ classis, in missa non fit commemoratio de ea, sicut nec in officio.

Sic etiam nec fit commemoratio festi simplicis in missa in festis primæ classis, excepta S. Anastasia in missa Nativitatis Domini propter peculiarem rationem, quia tempore secunda illa missa in ecclesia dicitur S. Anastasie celebrabatur à Summo Pontifice, & ejus absentia à Cardinali habente titulum S. Anastasie, & in ejus defectu à primo Cardinalium Presbyterorum, ut ex aliis tradit citatus P. Merati tom. 1. p. 1. tit. 7. num. 2. & quia ad eandem missam adsunt Romæ stationes in ecclesia dictæ Sanctæ, ut tradit Micrologus c. 4. de num. Orationum in missa, relatus; & sequitur à dict. P. Merati l. c. part. 4. tit. 3. n. 9. ibi: In Nativitate Domini ad missam in mane Romani orationem de S. Anastasia adjuvant, quia traditionem in ecclesia ejusdem Martyris ad eandem missam agunt; & nos quoque in illa adjectione incipiamur, licet non tantam adjectionem occasionem habere videamur. Immo, ut refert Grancolas lib. 1. Merati citatus, extant Missalia MSS. in quibus secunda hæc missa tota est de S. Anastasia, cum commemoratione Nativitatis: Et in antiquo Codice Turonensi in ecclesia annorum 800. relato à Marteno de antiqua Ecclesia disciplina cap. 12. Collecta de S. Anastasia præmittitur oratione de Nativitate Domini. Quinimo antiquissimus codex Parthenois B. Maræ Calensis ad eodem Scriptore laudatus duas habet Præfationes, unam de Nativitate, alteram de S. Anastasia; ex quo fortasse conjici possit, antiquitus secundam missam in die Natalis Domini fuisse de S. Anastasia, ut refert Grancolas supra laudatus.

In vigilia Nativitatis Domini, sicut in tota ejus octava prohibentur missæ votivæ, & de requiem, excepta una solemni pro re gravi, & de requiem cantata præsentate cadavere; S. R. C. 28. Aug. 1627. 25. Septemb. 1706. & 15. Sept. 1714.

In vigilia Epiphaniæ prohibentur missæ votivæ, & de requiem: Potest tamen cani una votiva solemnis pro re gravi, sicuti & una de requiem solemnis præsentate cadavere; S. R. C. 27. Apr. 1697. 16. Jun. 1708. Decemb. 1718. & 16. Sept. 1730. Dicitur autem missa solemnis cantari possunt etiam, si ipsa vigilia sit dies 3. aut trigesima, & anniversarium depositionis defuncti in ecclesia tumulante, & non aliter; S. R. C. 10. Decemb. 1718. Sic ex Calendario Minorum de Observantia Mediolani impresso anno 1743. & variis aliis annis.

In vigilia Ascensionis feria 4. Rogationum, si occurrat festum primæ classis, tunc nec in officio, nec in missa fit aliquod de ipsa. Unde in tali casu cantari debet in Cathedralibus, & Collegiatis solum missa de dicto festo post tertiam, & alia de Rogationibus post Nonam, omnia illa de vigilia. Si autem in dicta vigilia occurrat aliquod festum novem lectionum duplex, seu semiduplex, tunc officium fit de eo cum lectione de Homilia vigiliæ, & ejus commemoratione ad Laudes, & cantari debent tres missæ: Prima de festo post Tertiam cum colore tali festo convenientis: Secunda de vigilia post Sextam in paramentis coloris albi: Tertia de Rogationibus post Nonam in paramentis violacei coloris: ac in fine cujuslibet dici debet Evangelium S. Joannis: Merati 1. t. p. 4. tit. 11. num. 14. cum Gavanto, & aliis ibi citatis. Advertendum est autem, quod licet occurrat festo primæ classis in vigilia Ascensionis feria IV. Rogationum, nihil sit agendum de ipsa tam in officio, quàm in missa: si tamen tale festum primæ classis occurrat in feria 2. Rogationum, quia ipsa est feria major, debet de ea fieri commemoratio tum in missa, cum ejus Evangelio in fine, tum in officio, cum ejusdem nona lectione: Et in hac feria cani debent in Cathedralibus, & Collegiatis duæ missæ, prima de festo, in qua nulla fit commemoratio ferie, & secunda de feria, in qua nulla fit commemoratio festi. Non sic vero de feria III. Rogationum, quia ipsa est tantum feria mi-

nor: Unde occurrente in ipsa festo duplici primæ classis, nihil de ipsa agendum est tum in missa, tum in officio. Immo in officio de ea nihil fit, quocumque in ipsa occurrat festo etiam simplici; de quo occurrente simplici officium sine commemorazione feriaz, sed tantum de Cruce, ut tempore paschali: Et tunc missa dicitur potest, vel de festo simplici cum commemoratione Rogationum, vel de Rogationibus cum commemoratione festi simplicis, ut dicitur in Rubrica propria, & tertia oratio erit Concede, ac ultimum Evangelium S. Joannis in utralibet. Nec tunc in Cathedralibus, & Collegiatis canenda sunt duæ missæ, ut resolvit S. R. C. 5. Julii 1698. in Collen. in qua ad sequens inter alia propositum tertium dubium: An occurrente in feria tertia Rogationum festo simplici in Cathedrali, & Collegiatis sint cantanda duæ missæ? Respondit: Ad 3. Negative: Sic cum Gavanto, & aliis laudatus P. Merati tom. 1. part. 4. tit. 11. num. 12. 13. & 14. & tom. 2. sect. 6. cap. 16. num. 2. & 3. recte advertendo ex Rubricis Missalis, & Breviarii magis esse privilegiam feriam secundam Rogationum, & vigiliam Ascensionis in feria quarta, quàm sit feria tertia, utpote feria minor, cedens festo simplici, de quo tamen festo simplici nequit fieri officium in feria 2. Rogationum, & vigilia Ascensionis communiter nuncupata feria 4. Rogationum. Insuper habentes Indultum, ut semel, vel pluries in singulis hebdomadis, aut mensibus dicant officium, & missam, v. g. de SS. Sacramento, aut certo aliquo Sancto diebus nullo festo duplici, vel semiduplex impeditis, non possunt uti hoc suo privilegio in feria 2. & 4. Rogationum, seu vigilia Ascensionis, ex decreto generali Urbis, & Orbis editum à S. R. Cong. 20. Martii 1706. bene vero in feria 3. Rogationum in dicto decreto non excepta.

In vigilia Pentecostes prohibetur quocumque officium, etiam primæ classis. Item prohibentur missæ votivæ, & de requiem, excepta una votiva solemni pro re gravi, & de requiem cantata præsentate cadavere, quæ tamen prohibentur in Dominica Pentecostes, & duobus sequentibus diebus, ex decreto S. C. R. 10. Decemb. 1718. relato à supradicto Calendario Mediolani impresso anno 1743. & variis aliis annis. Vide tamen in supplemento ad verb. Missa art. 14. ubi est novissimo decreto edito 2. Septembris 1741. permissum missa solemnis de requiem præsentate cadavere feria 2. Paschæ aut Pentecostes.

Vigilias novas non apponitas in Calendario Romano non potest ordinare Episcopus quoad officium, & missam, sed requiritur licentia Sedis Apostolicæ, ut patet ex Bullis S. Pii V. appositis initio Missalis, & Breviarii, & ex decreto Sac. Rit. Cong. addito Rubricis Breviarii: Vide etiam verb. Officium num. 67. Neque quoad jejunium, ut pluries decrevit S. R. C. uti videtur potest sub verb. Festa n. 3. novissime die 3. Martii 1721. ut refert Scafontanus ad Ceccoperium par. 3. addit. 24. sub num. 28. p. 69. juxta novissimam edit. Viterb. de anno 1738. ibi: A Magistratu provincie Gulpuscoæ cum mandatis procuræ omnium locorum fuit emissum votum jejunandi in vigilia S. Ignatii Loyolæ, tamquam Patroni principalis illius: Quod cum servare rennerit Clerus, propterea Episcopus tamquam Legislator Ecclesiasticus illum obligavit ad ejus observantiam: At reportavit Clerus chiographum à Benedicto XIII. quo improbatum fuit nullud factum Episcopi sub die 21. Martii 1729. à quo cum petita fuisset oris aperitio in Sac. R. C. die 3. Martii 1731. ponente Eminentissimo Origo fuit denegata, & iterum postulato recessu à decisio die 15. Septembris, Sacra eadem Congr. stetit in Decisio. Sic apud Joan. Baptistam Pittonium consuet. ac decisio. pro Sacris Ritibus tom. 1. num. 2012.

BIBLIOTECA CENTRAL

40 dissipat ejus dotem, & etiam suum patrimonium in ejus grave prejudicium, vel non laborat, cum laborare juxta suam conditionem possit, & aliis ejus labor ad uxoris sustentationem sit necessarius. *Septimo*, si datam ei fidem matrimonialem violet. *Octavo*, si eam aliquo morbo contagioso per copulam ab ipsa invita extortam inficiat: *Sic Doctores communiter.*

41 Vir ab uxore, & e contrario uxor a viro ad maritale consortium severioribus Canonum remediis cogi potest, *cap. Literas 13. de restit. spoliat. cap. Ex publico 7. de convers. conjug. cap. Non est 11. de Sponsalib. & Matrim. & cap. Pervenit 5. de conjugio Leprosor. & Sacr. Congr. Concil. 10. Sept. 1695. & Benedicti XIV. constit. incip. Pastor Bonus. §. 50. Alia ad rem: Vide verb. Adultrium; verb. Bona; verb. Conjuges; verb. Debitum conjugale; verb. Delegatio morosa; verb. Divortium; verb. Dominium; verb. Dos; verb. Affinitas; verb. Impedimentum Matrimonii; verb. Luxuria; verb. Maritus; verb. Matrimonium; verb. Tacitus; verb. Uxor.*

VIRGA P^{ENITENTIARIORUM}.

5 Quoad Virgam P^{ENITENTIARIORUM} datur hic ad literam Consultatio vicesima secunda tomi primi D. Jacobi Pignatelli, ut sequitur.

6 Consultatio XXII. An Canonicus P^{ENITENTIARIUS} in Cathedrali Ecclesia uti possit virga, sive ut ajunt, bacchetta?

Non potest, quia est prejudicialis P^{ENITENTIARIIS} Ecclesiarum Patriarcalium Urbis, & novitatis introductivum. Quippe qualibet Cathedralis poterit sibi tantam licitum arrogare, quod in simili Romę gestum fuerit. Non enim talis Canonicus P^{ENITENTIARIUS} est P^{ENITENTIARIUS} D. Pape, sed institutus ad observationem decreti Concilii Trident. sess. 24. cap. 8. de reform. Cum autem tenere virgam in manibus sit signum supremę auctoritatis, unde solus Summus P^{ENITENTIARIUS} illam tenet, eoque presente, minores P^{ENITENTIARIIS} virgam dimittunt: ideo concedi non debet cuicumque P^{ENITENTIARIUS} cujuslibet Ecclesię, sed solum illis, qui immediate sunt P^{ENITENTIARIIS} Summi Pontificis.

Accedit resolutio Sacre Congreg. super causa Abulenbergium anno 1587. die 21. Aprilis. Quęsum enim fuerat, an Canonicus P^{ENITENTIARIUS} teneret auscultare Confessiones etiam non reservatorum? An sedere, & assistere in sede determinata statis temporibus, & horis ante, & post meridiem? An deberet tenere virgam in manu, sicuti servatur in Cathedralibus Urbis? Et responsum fuit affirmative ad duo priora quęsita, ad tertium autem, novas consuetudines non esse inducendas: Idem quoque declaravit Sacr. Congr. Episcop. & Regul. die 16. Maii 1576. in una Neapolitana per hæc verba: *Che senza privilegio Apostolico non possono i Confessori tener in mano le bacchette, come fanno i Penitentiarii di Roma.*

7 Quare cum sit contra usum totius Ecclesię, nusquam enim tales P^{ENITENTIARIIS} virgam tenent, contra consuetudinem, & rationem permitti non debet, prout non permitti decrevit Sacr. Congr. Concilii in una Romana P^{ENITENTIARIIS} Lateranensis die 13. Nov. 1639. de qua testatur Dominicus Andolphinus Patochus S. Lucię ad Apothecas, vir pius, & ecclesiastica eruditione apprime imbutus.

8 Major P^{ENITENTIARIIS} potest concedere Indulgentiam centum dierum omnibus Christianis, qui ipsi penitentiarii Virga tangendos se submitserint: Innocent. XII. constit. incip. Romanus Pontifex.

VIRTUS.

SUMMARIUM.
 1 Virtus generalis capta quid sit.
 2 Virtus specificæ, & proprię capta quid sit.

3 Virtus triplex dividitur, videlicet ex parte subiecti in virtutes intellectuales, & morales; ex parte causę efficientis in infusitas, & acquisitas; & ex parte objecti in theologicas, & morales.

4 Virtutes intellectuales quę sint.

5 Virtutes morales quę sint.

6 Virtutes infusę quę sint.

7 Virtutes acquisitę quę sint.

8 Virtutes Theologice, ac supernaturales quę sint.

9 Virtutes morales, ac naturales quę sint.

10 Quid sit virtus Theologica ut sic.

11 Quid sit virtus moralis ut sic.

12 Virtus in medio consistit; vitia autem ad extrema tendunt.

13 Vitium quid sit.

14 Assignatur quomodo virtus in medio consistat, & vitia ad extrema tendant.

15 Virtutes quoque Theologice ex parte actus, seu exercitii earum, consistunt in medio.

16 Virtutes Theologice sunt tantum tres, nempe Fides, Spes, & Charitas.

17 Virtutes Theologice sunt perfectiores omnibus virtutibus moralibus.

18 Major, & perfectior inter Virtutes Theologicas est Charitas.

19 Omnes Virtutes Theologice sunt Adultis necessaria ad salutem.

20 Quoad ea, quę concernunt Fidem, remissive.

21 Spes quid sit.

22 Spes est actus voluntatis idem cum desiderio.

23 Spes distinguitur realiter à Fide, & Charitate.

24 Objectum materiale primum Spei, est Deus possidendus.

25 Objectum materiale secundarium Spei sunt omnia bona, & auxilia ad Beatitudinem, seu Dei possessionem consequendam necessaria.

26 Objectum formale Spei est Deus, quatenus est nobis bonus.

27 Spes reperitur in Viatoribus, non tamen in omnibus.

28 Spes remanet in Animabus Purgatorii.

29 Spes nullatenus est in damnatis.

30 Spes non remanet in Beatis.

31 Virtuti Spei opponuntur duo præcipua vitia, Desperatio scilicet, & Prasumptio, & quomodo.

32 Desperatio quid sit.

33 Prasumptio quid sit.

34 Charitas quid sit.

35 Ex eodem motivo diligitur proximus Charitate Theologica, ac diligitur ipse Deus.

36 Unde objectum primum Charitatis est Deus; Objectum vero secundarium est proximus noster.

37 Objectum formale, seu motum Charitatis Dei est ipsamet Dei bonitas absoluta, quę in se infinite bonus est in omni genere entis, & perfectionis.

38 Charitas Theologica distinguitur realiter à Fide, & Spe.

39 Charitas in Patria remanet in Beatis.

40 Datur præceptum verum, & speciale diligendi Deum etiam actu interno.

41 Deus ex præcepto diligendus est super omnia, saltem appetitive, non vero intensive.

42 Quid sit Deum diligere super omnia appetitive, & intensive.

43 Ostenditur, quod Deus ex præcepto diligendus sit super omnia appetitive.

44 Ostenditur, quod Deus non sit ex præcepto diligendus super omnia intensive, ad num. 46.

47 Præceptum diligendi Deum super omnia, prout est negativum, obligat semper.

48 Prout est affirmativum obligat solum certis temporibus.

49 Assignantur dicta tempora.

50 Afferuntur ad id tres propositiones damnatę ab Innocentio XI.

51 Ultra Deum super omnia tenetur diligere proximum, sicut nosmetipsos.

52 Afferuntur ad id due propositiones damnatę ab eodem Innocentio XI.

53 Item ex speciali præcepto Charitatis tenetur diligere inimicos.

54 Inimicis tenetur ex præcepto Charitatis exhibere communia, & generalia signa dilectionis communiter omnibus alii ejusdem status, conditionis, ac qualitatis præstari solita.

55 Excipiendi sunt tamen casus, in quibus Charitas, vel Justitia aliud prudenter suadet, aut rationabilis causa. Et assignantur tales casus, ad numer. 57.

58 Specialia signa dilectionis per se loquendo non tenentur præstare inimicis ex præcepto Charitatis, sed solum ex consilio.

59 Ob varias accidentarias circumstantias sæpius obligatur exhibere inimicis signa aliqua, vel beneficia specialia Charitatis, & designatur quando.

60 Quę ex Charitate diligenda sunt, non sunt omnia equaliter diligenda, sed inter ipsa servandus est debitus ordo Charitatis, qui assignatur.

61 Hinc post Deum tenetur quisque ceteris paribus magis diligere animam suam, quàm animam proximi.

62 Tenetur autem quisque magis diligere animam proximi, quàm proprium Corpus.

63 Non tenetur tamen quis succurrere proximo in extrema sua spiritali necessitate cum certo periculo propria vite, si spes nulla, aut incerta sit eum juvandi.

64 Propriam vitam pro aliena vita exponere an sit licitum, & aliquando necessarium, ad n. 65.

66 Inter proximos magis diligendi, & prius subveniendi sunt qui nobis magis conjuncti sunt juxta triplicem conjunctionem, spiritualem, carnalem, & moralem, seu civilem.

67 Quinam ordo servandus sit in necessitate extrema, gravi, & communis remissive.

68 Qui ex inimicitia alium offendit, vel læsit exterius, tenetur ex Charitate ad reconciliationem externam, & ex Justitia etiam ad satisfactionem injurię, & ad restitutionem damni illi.

69 Quantum tamen commode potest.

70 Veniam petere ab inimico læso, vel offenso, quando sit necesse.

71 Assignantur varii casus, in quibus non est obligatio petendi veniam.

72 E duobus mutuo se offendentibus quis teneatur prius reconciliationem petere, & procurare.

73 Omnis offensus, vel læsus tenetur Offensori veniam petendi vere, & sincere, injuriam, vel offensam remittere.

74 Salva tamen Justitia, & Jure suo.

75 Nulla opera hominis sunt Deo grata, & meritoria, nisi prius antequam ea faciat, se proximo suo reconciliet.

76 Virtuti Charitatis opponitur directe vitium odii Dei, aut proximi.

77 Item Charitati opponuntur plura alia vitia, ut Acedia, Invidia, Ira, Scandalum, Schisma, Bellum, Discordia, Contentio, Rixa, Seditio.

78 Quoad Acediam, remissive.

79 Quoad Invidiam, remissive.

80 Quoad Iram, remissive.

81 Quoad Scandalum, remissive.

82 Quoad Schisma, remissive.

83 Quoad Bellum, remissive.

84 Discordia quid sit, & quare opponatur Charitati.

85 Contentio quid sit, & quare Paci, & Charitati opponatur.

86 Rixa quid sit, & quare opponatur Charitati.

87 Seditio quid sit, & quale sit peccatum oppositum Charitati, & Paci police.

88 Virtutes Cardinales quatuor communiter assignantur, scilicet Prudentia, Justitia, Temperantia, & Fortitudo.

89 Quare nuncupentur Cardinales.

90 Ceterę morales Virtutes sunt Virtutum Cardinalium partes, vel subiective, vel integrales, vel potentiales.

BIBLIOTECA CENTRAL
BANK